# SMILAX SARSAPARILLA AD LUEM VENEREAM DEBELLANDAM PARVI FACIENDA...

Francesco Carnielli

469
12

# SMILAX
# SARSAPARILLA
## AD LUEM VENEREAM DEBELLANDAM
## PARVI FACIENDA

FRANCISCI CARNIELLI HENRICI F.
EX CILIA PROV. VENET.
MEDICINÆ ET CHIRURGIÆ DOCTORIS
IN CIVILI NOSOCOMIO PATAVINO
MEDICI ASSISTENTIS

## DISSERTATIO

PATAVII
EX TYPOGRAPHIA PENADA
MDCCCXXIII.

SVMMIS . VIRIS .

ITALIÆ .

REIPVBLICÆ . MEDICÆ .

CLARISSIMIS . LVMINIBVS .

PRÆSTANTISS . ACADEM . SCIENT . LITER . ARTIVM .

DOCTISSIMIS . CELEBERRIMIS .

SOCIIS .

FRANCISCO . AGLIETTI .

S . C . R . A . M . A . CONSILIIS .

PROVINCIARVM . VENETARVM . PROTOMEDICO .

ETC . ETC .

FRANCISCO . FANZAGO

P . O . IN . C . R . VNIVERSITATE . PATAVINA .

MED . LEG . ET . POLIT . MED . PROF .

CIV . NOSOC . PATAV . DIRECT .

ETC . ETC .

HASCE . PAGELLAS .

CEV . ÆSTIMATIONIS . ET . OBSEQVII .

PERENNE . MONVMENTVM .

FRANCISCVS . CARNIELLI

D . D .

C .

*Multis ob faustos eventus semel, aut bis observatos ex aliquo remedio, vel potius ob innatam quandam prodlivitatem, tum laudandi, tam fingendi ad libitum medicamentorum vires, ita erga remedium aliquod afficiuntur, ut putent illud unum ad curandos quosque morbos summam vim, ac veluti imperium obtinere:*

Baglivi Prax. Med. Cap. V. Imped. II.

*Ego liberam medicinam profiteor, nec ab antiquis sum, nec a novis: utrosque, ubi veritatem colant, sequor, et instar metallicorum ex scoriis tum novæ, tum veteris medicinæ aurum, et argentum præceptorum colligo. Ego, ut Cois mos fuit, magni facio sæpius repetitam experientiam.*

Idem. Præf. ad Dissert. VII.

Frequenter nimium, et infauste quidem accidit ut homines cæteroquin ingenio acerrimi, seu versatili imaginandi facultate præditi, aut felici quodam ausu hallucinati, aut alienæ auctoritati plus æquo fidentes, potius quam sine insita jam ante menti opinione de remediorum efficacitate rectum instituere judicium, haud mora extremum attingant, fervidoque animo propriis in paginis pharmaca, quæ sibimet tanquam idola proposuere, ad cælum attollant. Magnus medentium numerus, qui hujusmodi auctorum scripta licet parum versent, aut ita ad ipsa animo attendant ut factorum veritas eorum oculis minime eluceat, aut sacrilegium admittere censeant si autument homines tanti nominis in errore versari, remedia ab illis perperam laudibus elata præscribere non dubitant, maximum humanitati, rei familiaria curæ, medicis disciplinis damnum inferendo. Utinam hæ vanæ insectationes, nugæve fuissent canorr! Utinam hisce quoque temporibus, nostris sub oculis

non caderent hæ quorundam novorum remediorum in majus elatæ relationes, et pro maximis obtrusæ victoriis!

Quarto jam ætatis meæ lustro vix peracto, meo munere fungendi gratia, ita me habeo ut labores omnes, studia, meque totum ad humanitatis mala, utpote potero, tollenda, committere mei sit. Ingenuo non inficior animo unum ex maximis obstaculis, quæ ad verum in medica praxi reperiendum mihi adversantur, illud esse studium perdifficile, quo tutam possim nauticam pixim invenire, quæ in medicinalibus substantiis ad utilia quidem ab illis falso ac immerito prædicatis, secernenda anceps moderetur judicium. Quomodo vero id obtineam juvenis nempe propriis vel paucis præditus observationibus brevique practica suffultus experientia? Una tantum anchora, cui me credere opportunum esse existimavi, examen mihi visum est curationum hujusmodi remediorum ope a scriptoribus clarioris famæ habitarum, plane institutum; systhematum figmentis, millenisque theoreticorum plerumque inter se perpugnantibus somniis omnino rejectis.

Inter remedia luem venaream passim per Europam grassantem debellantia, unum, quod fere in omnium medicorum sermonem venit, Sarsaparilla. Utrum hæc jure meritoque digna censeri debeat laudibus ipsi solutis, nec ne, mihi perquirendum proposui; et cum meo judicio, impar præconiis evadat, ita

qua caussa hæc mentem meam subierit opinio palam facere audeo. Rationes, quas in medium proferam, quanti sint momenti trutinentur, et ubi sat firmæ dignoscantur, spes mihi est fore ut Medici adhibere desinant plantam numquam ejus morbi victricem, qui Cupidinis aram tot tantisque lacrymis alluit.

Similax sarsaparilla L. nihil, aut parum sensibilis habet saporis, odorisque, neque ulla illarum externarum insignitur nota, quæ indagatoris oculis internas detegit virtutes. Ast aliquis opponat: opus forsitan est ut externæ emineant proprietates ad medicas vegetabilium virtutes rite dignoscendas? Colubri Beri L. venenum innocenti sapore olei amygdalarum dulcium veluti donatum deterrimæ forsitan facultatis suæ minimam præbet suspicionem? Nequaquam sane. Scimus et nos, Galeno duce, aliisque celeberrimis, ejusmodi accidentales, sensibilesque qualitates minime judiciorum nostrorum esse basim, immo nec experientiarum nostrarum ducem; verum cum Galeno ipsomet scimus hujusmodi conditiones continuam utilitatem afferre, nec unquam minoris ponderis iis esse, qui in scientia de medicinalium substantiarum virtutibus agente, studium ponunt.

Sed certioribus factis inhærreamus, atque tantorum illustrium virorum experientiæ, qui in hujus plantæ usu valde immorati sunt, et ex eorum auctoritate colligendum erit quæ fides jactationibus habenda.

Massa cum de sarsaparilla loqueretur hæc habet: » si quidem qui cum hac medicina sanantur, ex facili caussa, et non multum post tempus in eamdem ægritudinem revertuntur » Hanc amplexi sunt sententiam omnes tunc temporis auctores immo ac posteri; quamobrem quin alias illorum opiniones in medium proferam, propinquiora tempora petamus, et in nostram revocemus memoriam quo consilio Astruc, ille de Gallicarum affectionum historia egregie meritus, sarsamparillam, ejusque laudatorem Cestoni parvi facere consueverit. Cullen in sua materia medica sarsamparillam posuit aliorum opinioni indulgendi gratia, nec fateri dubitat ipsam libentissimo animo a medicinalium plantarum numero fore expulsurum. In cujus Auctoris doctissimis commentariis ab eruditissimo ac in omnium scientiarum genere nulli secundo Angelo Comite Dalladecima editis, ita Cullenii sententia roboratur: » Certamente e le sue qualità fisiche, e l'analisi chimica, e le più accurate osservazioni sopra i suoi effetti mostrano in questa radice una efficacia molto minore di quella del guajaco, e della sua resina. » Franciscus Vaccà Berlinghieri hoc protulit judicium: » La salsapariglia ha poco o punto di virtù antivenerea ....' questa radica così preziosa è priva totalmente di ogni qualità sudorifera, e diventa un oggetto di pubblica economia l'escluderla dalle nostre spezierie in veduta di non dissipare il

denaro fuori di stato per l'acquisto di una droga tanto costosa, ed altronde affatto vana e inutile. Essa è tale per tutti i versi; giacchè se si volesse considerare anche come una radica farinosa dolcificante, l'esperienza non accorda ad essa maggior virtù su questo articolo che alle farine nostrali del riso, dell' orzo mondo, del formentona, e di altre radiche farinose insipide. » Andreas vero hujus celeberrimi Auctoris filius nos certiores facit gallicum morbum sæpe sæpius pertinaciter perdurare. et diminutionem aliquam symptomatis alicujus venerei, dum radix hæc ministraretur, quieti, regimini, temperato caloris gradui, balneisque debendam. Nonnulli, inquit, medicorum celeberrimi mihi pro certo affirmarunt raris in casibus syphilidis, symptomata expulsionem consequutos esse, quæ minime mercurialibus inunctionibus cedere potuerunt. Facta hujusmodi cum sint perrara in dubio adhuc remanet utrum honæ valetudinis reparatio antisiphyliticæ sarsæparillæ proprietati debenda sit, an virium ægrotantis instaurationi. Alias attamen levissimam sarsæparillæ virtutem inesse fatetur ejus amilacei principii gratia; inquit vero se frumenti decoctionem substituere solitum esse, vel illa pro lacte uti velle in iis, quorum tanta debilitas ut in hoc nimium haberent nutritionis Clarissimus Prof. Cæsar Ruggieri in suo Chirurgiæ Dictionario talia refert: » Il successo non giustificò gli elogi che si avean

fatti a questo rimedio, ed anche vi furono de' pratici che negarono ad esso alcuna virtù. Dove pare abbia recati de' buoni effetti dopo l'inutile amministrazione del mercurio, forse s'ignorava la vera causa della malattia, e può essere che la guarigione sia stata piuttosto l'effetto del già amministrato mercurio il quale non avea forse ancora potuto esercitare la sua azione specifica, che il risultato dell'azione specifica della salsa: alcuni infatti sono d'opinione che non mai sia riuscita ad estinguere accidenti derivanti da vera causa meramente sifilitica, nei quali il mercurio non fosse mai stato adoperato. »

Inficiari nequit Lewi sarsamparillam etsi in calidis regionibus optimos produxisset effectus, in nostris inefficaciæ notam consequutam fuisse, eo nempe quo multi aliquam sarsæparillæ virtutem inesse negaverint, immo veriti sint ne mollitie illa sua farinacea nil aliud efficeret quam fluidi gastrici imminutionem, ac proinde appetitus, secretionumque debilitatem. Taste Fritze sarsaparilla tunc adjumenti esse potest cum æger multo incassum donatus fuerit mercurio, quo in casu suo judicio, debilitatam ægri costitutionem meliorem reddit. Ita Alibert: » In un caso in cui il mercurio, il guajaco ec. sono stati superflui dicesi che la salsa abbia determinata la guarigione senza provocare il sudore od altra evacuazione sensibile.... La mia esperienza è lungi dall'accordarsi al parere di

Quarin che la esalta, ed avendo ripetute le prove colle diligenze più esatte mi si perdoneranno i miei dubbj sulla credenza di tanti uomini che amano di dotare i vegetabili di mille virtù che non sono mai state confermate. Converebbe appoggiare la sua riputazione sopra fatti più autentici. Cosa provano i suoi successi quando Ella è stata unita ad altre sostanze di un'attività così riconosciuta? Io osservo spessissimo, perchè hò molto insistito sull'uso di questo rimedio, che le sue decozioni defatigano lo stomaco a pura perdita, e sebbene io la veda giornalmente data sotto a miei occhi, sarei molto imbarrazzato a dire, ch' ella ha concorso in qualche parte alle guarigioni che ho veduto farsi. »

Ad magnum nomen sarsæ conficiendum multum puto profuisse elogia a clarissimo Monteggia ipsi tributa in sua Dissertatione = Dell'uso della Salsapariglia = anno 1808 typis mandata. Hac conatus est sarsam ad cælum attollere, pro certo habens in istiusmodi radicis decoctione bina illa undique pervulgata remedia, Lafacteur, et Pollini scilicet secreta contineri. Licaat nobis de ipsius assertionum veritate dubitare. Vidimus enim summorum hominum de sarsæparillæ activitate sententias, et præcipue celeberrimi contemporanei sui Buzzi auctoritate fulcimur; cui, præterquamquod nullam sarsæparillæ virtutem concedat, visum potius fuit Smilacis-Chinæ radicem in

Pollini pharmaco sentire, eo magis quo ista idem ac sarsaparilla præbeat sedimentum Sed mihi forsan ex animo effluit quod præclarus Salvadori de hoc secreto scriptum reliquit? Ipse quidem virtutem ejus commendavit, sed auctoritate etiam doctoris Passerini fretus, pro certo habuit Pollini decoctionem ex sarsaparilla, foliis sennæ, floribus cysni, radicibus Aristolochiæ rotundæ et carduo sativo, protocloruro mercurii, alumine usto constare. Ecquis inde potest securu animo asserere virtutem venditatæ decoctionis potius sarsæparillæ quam aliis efficatioribus remediis, ac regimini diætetico esse tribuendam? Ejusdem Salvadori verba prodest referre. » La difficoltà che porta seco si è quella d' essere molto dispendiosa, attesa la gran quantità di salsapariglia, ma se è vero ciò che scrive Cartheuser *Fundam. Mater. Medic. cap.* 7. *sec.* 13. §. 6., cioè che la salsapariglia abbia pochissima virtù, e che non si possa preferire alle radici di bardana, di tarassaco, e simili, si potrebbe ommetterla sostituendovi quelle radici. » Hac opinione meum magis magisque roboratur judicium, scilicet sarsam immerito locum obtinuisse; neminem enim puto plantis super allatis luem veneream credere se posse debellaturum. Vim porro Pollini pharmaci aliis fortioribus remediis quam sarsæparillæ debendam ex effectibus vel patet, istud enim appetitum imminuit, alvum solutam et pertinaciter perturbatam tenet,

aliquem sudorem ciet ita ut homo macrescat, valde debilis evadat, et per totum corpus levem persentiat mordicationem Quis ex simplici sarsæ decoctione adhibita talia adnotavit phænomena? Nonne contra judicium potius hæc pugnant Lewi et Alibert, qui fractas ventriculi vires, secretionesque imminutas tantummodo observarunt? Gratis quoque mihi videtur asserere Monteggia roob Lafacteur nihil aliud esse quam sarsæ decoctum, nec possum quin doleam injuria qua magnus afficitur Swedicaur, hunc scilicet sarsam contempsisse ea tantum de caussa quia pharmaci Lafacteur compositionem ignorabat. Vir iste hujusmodi medicæ scientiæ partis progressui mirum in modum, studens, tantaque animi sinceritate præditus ut errores proprios publici juris facere non dubitaverit, utilitatis publicæ caussa, an sententiam suam protulisset ni multis, probatisque experientiis exortam? Nequaquam sane: sciebat enim valde pervulgatum pharmacum ex arundine phragmitide, sarsa, pimpinella aniso, saccharo et melle constare, atque hinc ait: » io non entrerò, poichè ciò mi avvilirebbe in un dettaglio per isviluppare tutti i tenebrosi intrighi e menzogne impiegate per accreditar questo rimedio ... Il risultato de'numerosi saggi fatti da me stesso, e da molti pratici Medici e Chirurgi illuminati al pari ed imparziali, è che il roob di Lafacteur non ha giammai guarito radicalmente la sifilide. È vero che

in molti casi gl' infermi estenuati, per così dire dal regime severo, che Lafacteur prescrive durante la cura, sembrano di esser liberati da loro antichi mali sifilitici; ma tosto che hanno essi ripreso il loro solito regime, e ricuperate le loro forze, veggonsi di nuovo assaliti dagli stessi sintomi sifilitici che soffrivano prima di far uso del suo sciloppo. » Duobus insuper modis hoc remedium conficiebatur de quibus ita sentit. » Si sono trovati moltissimi che soffrivano una salivazione abbondante bene caratterizzata, col fiato puzzolente, colle gengive gonfie, co' denti vacillanti, ed assicurarono di non aver mai preso il mercurio. Dietro questi fatti è chiaro che Lafacteur dà in questo roob una delle preparazioni più acri e pericolose del mercurio, cioè il sublimato corrosivo. Come spiegare altrimenti quelle salivazioni ec? E riguardo alla terza preparazione del roob modificato o corretto, quando nelle gonorree gli ammalati ne fan uso, orinano sangue, e soffrono ancora delle vere emorragie dall' uretra e dalla vescica, e spesso restano ancora soggetti a costrizioni del canale ed a scoli ostinatissimi. Taluni si sentono affetti da spasmo nello stomaco o nel petto. Questi accidenti bene analizzati mi fanno ragionevolmente sospettare che Lafacteur vi mescolasse della polvere, o tintura di cantaridi, medicamento acre ed il solo che per quanto io sappia produca simili ef-

fetti sull' economia animale.» Quis hujus modi rationum sibi non inducet persuasionem? Quibus eos effectus observare contigit in sarsæ administratione exoriri, effectus nempe qui toties in scænam prodiissent quoties ad ipsam confugitur? Absunt porro: quod pharmacum Lafacteur ex hac tantummodo minime constare demonstrat

Patet igitur roob illud vel ipsi Swedieaur notum fuissa cum effectibus tum experimentis, ac proinde accusationem in illum a Monteggia conflatam non secus mihi videtur habendam ac si propriarum sententiarum cæco gigneretur amore. Attamen et concedatur Monteggiæ hujusmodi roob compositionem ignorasse Swedieaur, ipsumque unum laudem sibimet comparasse maximam, quippé qui solam, veramque tanti pharmaci detegerit substantiam, scilicet sarsamparillam. Quid ergo? An facta a Swedieaur exposita minus præstare sinceritate arguantur? minus incutere horroris? Nescire fateor utrum Monteggiæ veritatem tantam comperto majoris esset difficultatis ea quæ tradidimus facta, refellere, an erubescere se præconem fecisse substantiæ, quæ curis tantis, tantisque laudibus ingrato animo respondidit. Nec validiori jure Monteggia Targioni Tocetti nititur auctoritati, qui prospero exitu sarsa guajaco commixta in Florentino Insanabilium Nosocomio utebatur, cum plane constet Medicum illum summum quantum honoris ac meriti

in curationibus elueesceret, id omne solo guajaco tribuisse. Immo indulgendum haud est Monteggiæ cum Falloppj hæc redderet verba » *præstans est guajacum, ego tamen utor sarsa,* omisisse id quod consequitur *in levibus*, eoque minus guajacum parvi facere debebat illum, qui ingenue fatetur » di aver sinora instituite poche prove dirette »

Cur mihi oblectamentum negabo observationem modo referendi in biennali meæ praxis medicæ cursu hoc clinico in Instituto confectam, studiorum meorum duce inclyto Consiliario et Professori V. A. Brera, nomen universæ medicæ Reipublicæ decus, quod grati animi, et obsequii gratia profero? Ipse si quando sarsam morbo gallico laborantibus propinaret, ipsam pharmacis validioribus constanter jungebat, quod mihi in caussa fuit ut summum virum sarsam parvi facere existimarem.

Egregius Campana in sua Pharmacopæa fatetur multas sarsæ virtutes tributas fuisse antisyphiliticam nempe, antiarthriticam, diaphoreticam. mundificativam, sed nunc a prudentioribus ut dulcificantem tantum atq. mundificantem habari. Magis vero meæ favet opinioni illustris Brugnatelli auctoritas, qua virtus ut levissime deprimens habetur, et ut ipsius verbis utar, » essendosi trovato un farmaco inefficace per guarire le malattie croniche veneree, e reumatiche nelle quali si riguardava come efficacissimo è andato da

noi pressochè in disuso.» Clarissimus Prof. Caspar Federigo illa animi ingenuitate qua bonis omnibus charus evasit, et amore quo me gratissimum tenet, in longo suæ praxis medicæ curriculo mihi asserere non dubitavit se nunquam ex sarsa felices effectus partos vidisse; et Dandoli quoque sententiam retulit, qui, medicos adhuc a sarsæ nomine decipi, stupebat. Hujus felicissimi Clinici in facta illa congruunt egregii D.ris Caroli Testa, cujus benevolentia fruor dum hoc Civico Patavino Nosocomio I. R. Guberni decretum me hujusce Præceptoris ad lectulos ægrotantium Assistentem humaniter declaravit.

Sed quam tenuis sit sarsæparillæ virtus meliori constabit ratione si quæ illi substituenda putantur remedia, vel ipsi potius a plerisque anteponenda, spectemus. Gleditsch pro sarsa caricem arenariam commendat, et, inquit Fritze, hæc multis da esussis præferenda. Saponaria officinalis, et solanum dulcamara veluti aptissima sarsæ succedanea habentur a Marabelli. Monteggia Arctium Lappa parum efficacitatis habere existimat, attamen Angeli ipsam sarsæparillæ substitui posse confirmat, cujus sententiæ egregius Prof. Petrus dall'Oste subscribit. Ecquis vero medicorum tam inconsultus ut totam hujusmodi plantis fidem tribuat, ipsarumque virtutibus putet se luem veneream fore prorsus debellaturum? Nemo quidem: cur igitur

in sarsa vel æqualis vel minoris efficaciæ habita fidem tutam ponamus?

Sufficere itaque ea quæ diximus existimo ut satis superque compertum sit sarsamparillam et Cullenianо exilio dignam, et ad debellandos syphiliticos morbos imparem evadere. Qua igitur ratione erit contendendum in hujus plantæ laudes canendas, his presertim temporibus quibus ars salutaris hanc in partem tantum incessit, profecitque ut rarissimus quidem contingat casus, quo hydrargyrum docta manu, prudentique, consilio propinatum, morbi non sit adeptum victoriam? Quod si ad hoc potentissimum remedium confugere particulares vetent circumstantiæ, scorbuti ex. gr. dyscrasis syphilidis juncta, hyems etc. cur indignabimur aptius ejus succedaneum ex oblivione in qua diu jacuit educere, guajacum nempe? Nil reapse pugnat adversum istud, si majorem præ sarsa vetustatem excipias, minusve pretium, quod objectum eorum tantum medicorum animum expugnat, qui huc illuc præsentis moris cum volubilitate vagant.

Ad Guajacum officinale L. ergo confugere medici quorum erat in animo americanæ pesti obstaculum opponere, postquam Hispani cum ex indigenorum consilio optimos consequuti sint effectus, patriam reversi, Europæ validissimi remedii proprietates palam fecissent, passimque fama ipsius detule-

Google

rit celebritatem. Nec immerito: scimus porro ex eo tempore auctoribus guajacum sine aliorum remediorum ope turpissimum morbum mirificè debellasse, argumentumque promit Delgadus qui cum tres et viginti annorum cursu omni medicæ artis subsidio in immanissimam luem irrupisset, solo guajaci decocto pristinæ fuerit restitutus saluti. Ast in maximas, tantasque laudes queis indicum lignum ad cælum avehitur quæ prima, quæ postea? Hic guajaco gratulatur Manardius: hic Massa affirmat ipsum jure meritoque sanctum apellari; medicinam securitatis esse, quæ etiam senibus auxiliatur, et pueris, et mulieribus prægnantibus, et lactentibus pueros morbo gallico laborantes, et ut cuncta, inquit ille, perstringam, quæcumque vitia et accidentia ab ista sive nova sive antiqua ægritudine evenire possibilia sanat. Mirabilia profecto idem Auctor enarrat, fasque mihi erit unum tantummodo referre exemplum, et hoc ab uno milleua alia arguantur. » Minister quidam regius ulcus in capite bronchii habebat cum quo erant corrosæ cartilagines omnes partis capitis bronchii arteriosi, ut posset unusquisque interiorem partem asperæ arteriæ inspicere, et tangere: uleus quidem erat ostracosum multorum annorum os cujus tantæ latitudinis ut duo digiti simul conjuncti potuissent ingredi. Sine lychinio ex bombace facto vel pennicillo, dearticulata locutione manebat, apposito vero lychi-

nio vel pennicillo distincte loquebatur. Tempore quinquaginta dierum, sexaginta et plus libras ad statheram ligni consumpsit: super ulcus vero quatuor in die apponebatur coton madefactum spuma primæ decoctionis... sanatum est, et consolidatum ulcus epiglottidis ex toto callo loco cartilaginis supergenerato.»

Ecquis absque horrore audire potest quam de se ipso celeberrimus Huttenius narrationem præbet? Pulcherrimum est in ligni detractores objurgationes Antonii Galli recensere, illosque harpyarum nomine afficere. Consalvus Ferrandus, Alexander Fontana, Alphonsus Ferri lignum indicum veluti remedium fere universale pervulgant: asserunt enim prodesse omnibus tum antiqui, tum recenti lue inquinatis, rheumatismis, nervosis affectionibus, dyscrasiis, calculis, phtisi, hydrargyrosi, hydropi, doloribus, sexcentisque aliis morbis; nec ex eo corporum affectiones remanere ut sæpe solet in administratione mercurii, vel cinabri contingere. De Haen sistit curatos duos juvenes ad ossa usque lue inquinatos. Multis visum est, ut ait Garzias ab Horto, mercuriali iunctioni in lue venerea præcellere, adeo ut, ea irrita, demum in guajaco auxilium quæreret. Sic fide practica illustrior Boerhave hac ope contagium elui ex illis corporis partibus quibus tenaciter inhæsit testatur. Valsalvæ, et Morgagnio vero placuit decoctum dilu-

tius instar aquarum thermalium propinare. Valsalva tali pacto intra triduum jam ulcera sanata conspicit, et eadem medendi ratione immortalis Morgagnius mulierem sanavit jam biennio pluribus ulceribus fædatam, et generosum quemdam virum late, fædeque variis locis exulceratum. Hacce via sine multo incommodo, et paucis diebus ægri id consequuti sunt quod alii vix magno labore et multo tempore. Multoties decocto saturatissimo ligni, et corticis Guajaci tepide haustu rheumatismum se discussisse indicat Klaunigius, cujus consilium sequutus est Tralles Guajacum revera aquis thermalibus commixtum contra dolores, ulcera, tumores præstasse testatur Alexander Fontana. Habemus a Wilhelmo aliis decoctum guajaci cum lacte in lecto mane potum profuisse, et eadem mixtione febrim ecthicam subegit Loseke. Si pituita impacta hæsierit glandulis colli infantum tumidis hanc dissipatam ex voto guajaci glycyrrhizæ connubio compertum est a Kunclero. Ab hoc enim remedio, judice Murray, plurima pars dependet virtutis medicamentorum magis compositorum, quæ in arthritide et rheumatismo celebrantur. Si syphilis scrophulosæ dyscrasiæ juncta sit, lignum hoc utpote validissimum subsidium, Medicis commendat Astruc. Quod nam confugere possent nisi ad hoc dum syphiliticoscorbutica dyscrasia sæviat? Nonne per se tot tantisque experientiis lucidum, proba-

tumque est, cum hocce in casu noceat mercurium, ligno nostro palmam concessurum? Frequenter, inquit Murray, post frustratam mercurii administrationem, guajacum in subsidium tractum est. Praecipua hujusmodi plantæ facultas in gummi resina posita. De hac nonnulla tantum in valentissimi Ruggierii Dictionario: » La gomma resina di Guajaco fu decantata primieramente nell'artritide dal Sig. Emeringon... Egli l'avea sperimentata per consiglio di un salvaggio Caraibo, e per tal modo guarì da una fierissima podagra che lo tormentava da molto tempo.... È soprattutto giovevole nelle malattie delle glandule linfatiche. Emeringon racconta che in una femmina d'abito pituitoso sotto la soluzione spiritosa della gomma di guajaco disparve un tumor cistico alla palpebra che avea resistito a qualunque rimedio, e che lo stesso medicamento fece svanire la maggior parte di un largo ed antico tumore di podagra al ginocchio.

Ex his quæ diximus jure ac merito conaequi videtur guajacum, ipsiusque gummi resinam stimulando agere, et ut inquit Murray, partibus resinosis guajacum per minimos corporis nostri canales efficaciter penetrare, impacta resolvare et discutere, balsamicam virtutem exercere, sudorem potenter pellere, itemque evacuationem per alvum, vel lotium, vel aliquando salivæ profluvium ciere. Sic igitur in multis morbis, quibus crasis humo-

rum plus æqun tenacior, est, vel obstructiones subsunt, vel subdola acrimonia per varias corporis excretorias vias eliminanda efficax medicina extitit. Illustris Albert, quem acerrimum vidimus sarsæ insectatorem, non ne sic de guajaco fatetur? » Egli è addattatissimo a molti casi di gotta: positivamente v'è in questo vegetabile un principio attivo che sembra efficacemente rimediare a quella folla di fenomeni nervosi che servono di corteggio alle affezioni artritiche, come gli spasmi, i granchj delle estremità, la flatulenza dello stomaco, e del tubo intestinale, ed altri sintomi di questo genere ammirabilmente rintracciati dall' immortale Sydenham. Tutti gli arcani venduti con tanta lostentazione non sono assolutamente che il guajaco combinato ad altri legni resinosi, come l'esame dei dotti ha frequentemente dimostrato.» Guajaci utilitate sic clare comperta, quibus ipsum laudibus extollam quam iis quas noster Fracastorius ore nectareo concinit:

Salve magna Deum manibus sata semine sacro
Pulchra comis, spectata novis virtutibus arbos;
Spes hominum, externi decus, et nova gloria mundi!
Fortunata nimis natum si Numina tantum
Orbe sub hoc, homines inter, gentesque deorum

Perpetua sacram voluissent crescere sylvam!
Ipsa tamen, ai qua nostro te carmine Musæ
Ferra per ora virum poterunt, hac tu quo-
que parte
Noscaris, cæloque etiam cantabere nostro.

In votis igitur [illegible] ne medici vocibus, queis sarsa tanto omine ad cælum evehitur decipi possint; attento etiam immodico sarsæparillæ pretio, quod nunquam medicus humano præditus animo parvi facere debet, utpote qui nec blatenoribus studet iodulgere, virtutem remediorum illorum plus æquo tollendo, quorum una sordidissimam ditescendi cupiditatem satiare. Monteggia quoque hujusmodi veritatem inficiari nequit, cum optimum esse consilium affirmet guajacum, ut sarsæ pretium sane immedicum evitetur, pluribus experimentis submittendum. Quid porro? Post [illegible] tanta quæ in scænam prodidimus facta novia adhuc opus est experientiis? Desinant potius contendere, quod prorsus impossibile, ut universale redigatur pharmacum, quod multis profuerit affectionibus. Hac præcipue in caussa fuit cur famam amiserit. Desinant potius saram adhibere cum aliis efficacioribus remediis commixtam, absque reliqua complicata curationis methodo, et injuste sane, ipsi gloriam tantummodo tribuere, ut valde conqueruntur Franciscus Vacca Berlinghieri, et Alibert.

Ecquis vero neget a gubernaculis Assi-

495



dentibus medicorum prudentia et studio suffultis hujuscemodi facta moderari posse? Vivimus profecto ætate, qua magis ac alia, Augustissimo io primis Imperatore et Rege nostro favente, id omne quod subjectis utile, proficuumque suspicetur, et promovetur auxilio, et fulcitur laude, idque quod oocumenti esse potest longius propulsatur. Vereri ergo potero ut oostra, quæ animo veritatis amore succenso, emisisimus vota, ventis irrita evadaot? irrita? fortasse decipior? Aut in Austriaca Pharmacopæa receotius in lucem edita sarsæparillæ nomeo locum obtinuit? Nequaquam mehercule: quis idcireo clarissimis viris philantropicam mentem Augustissimi Imperatoris et Regis nostri recte accipieotibus, atque hinc plaotam, cujus laus noa pretium, in exilium pelleotibus quamplurimas noo persolvat grates?

39945539